

dat, d. l. unic. C. d. sent. quæ pro eo quod interest, l. 26. d. dam. in-
fect. l. 176. d. R. J. Carpz p. 3. const. 7. def. 15. n. 9. Conferantur l. 29.
quemadmodum §. 3. item Labeo circa finem ff. ad l. Aquil. l. 11. nam
hoc modo ff. d. hered. vel action. vend. l. 12. si jactum ff. d. act. empt.
l. 8. nec emptio inf. d. contrab. empt.

39. Quia propter incertitudinem ejus, quod interest,
quod maximè in facto versari dicitur in l. 24. d. R. J. l. fin. d. stip.
prat. & inde probandum, non verò solùm peretendum, pro-
batio valde difficilis est, quanti cujusq; interfit, d. l. fin. ideoq;
quibus modis illud probetur, paucis quoq; ut indicemus,
haut inutile erit. Probatur autem id quod interest I. testibus l.
unic. vers. aliis C. d. sent. quæ pro eo quod interest ibiq; gl. König
in process. d. c. n. 33. Baert. ad d. l. unic. n. 138. II. Instrumentis: ut
cum servum, quem Titius sub pœnâ promiserat, aliquis aver-
tit: tunc contra furem, ad probandum, quanti actoris inter-
fit, pœnæ documentum satis erit l. 67. §. 1. d. furt. Gabriel. Catian.
in Syntag. de eo quod interest c. 14. p. mihi 91. III. Juramento in
litem: si id quod interest ex dolo adversarij, vel latiori cul-
pa, quæ in arbitrariis actionibus tardæ solutionis procacia
est, Usill. d. l. n. 74. & præsumptus dolus censetur, aut saltem do-
lo comparatur l. quô Nerva ff. depos. non item si ex nudâ cul-
pâ petitur. l. 15. §. 9. ff. quod vi aut clam. König d. l. n. 34. l. 68. d. R.
V. Dolum autem intervenisse prius probandum est c. ult. X. d.
quæ vi aut met. & judex aditus juramento modum statuere de-
bet, & certam summam seu quantitatem præscribere, quam
jurans in jurando non excedat l. 4. §. 2. d. in lit. jurand. ne pro-
pter immensam & insatiabilem cupiditatem lucri, qui agūt,
nomine ejus, quod interfit, in infinitum, ubi possent, jura-
rent, & facile manifestum perjurij crimen incurrerent. Illud
tamen tenendum, tam in hoc juramento, quam in necessario
propter hominum levitatem & quorundam meticulosam in-
jurâdo difficultatē ad hęc probationis speciē non temerè pro-
siliendū l. 8. d. cond. instit. Usill. d. l. n. 6. & 80. & si aliæ p̄bationes
superlūt, ad jurisjurâdi religionē tanquã remediū extraordi-
nariū esse q̄fugiendū l. fin. §. 10. C. d. jur. delib. IV. Probatur id q̄
interest per viros rei vel usus, de cujus lucro seu æstimatione
quæritur, peritos l. 1. ibi artis & fidei d. vent. insp. Paul. d. Cast. in
l. con-